



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

30. Augusti. 3. Cal. Septemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

Scala  
ad celiū  
scādit.

Scala  
graduū  
humili-  
tatis.

cursum emeritus senex beata morte absol-  
soluturus, scalam vidisti, à lectulo tuo  
in cœlum usque pertingentem: quam  
etiam post læta consolationis verba,  
ad circumstantes facta, feliciter con-  
scendisti. *Erexit & mihi scalam, unicam  
sanè ad cœlos viam, sanctissimus Legisla-  
tor; quam nisi nunc scandero, frustra tu-  
am moriens expectabo. Tu manum prabe  
conanti, ne semper in infimo volentium, et  
non facientium, gradu inutiliter hæream.*

S. BERNARDUS, de morib. Cler. c. 14.

Laterā  
scalæ  
virtu-  
rum

Totum, quod à via vite & disciplina  
deterret filios hujus sæculi, totum quod  
exercet interim servos Dei, in his duo-  
bus est, quæ sub uno versu Propheta  
commendat: *Vide, inquit, humili-  
tatem meam, & laborem meum. Hæc  
sunt latera scalæ, Vilitas, & Asperi-  
tas: quibus deinceps interna virtutis,  
& gratia gradus firmiter inserantur.*

(✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠)

30. Augusti. 3. Cal. Septemb.

Obijt  
anno  
1167.

B. ER O, monasterii de Armentera à  
te constructi Abbas: qui cum ali-  
quot annis in sterili conjugio piè justè.  
que vixisset: heredem opulentissimæ  
possessio-

possessionis DEUM scripturus, ædem  
 ipsi sacram condidisti, monachis ex  
 Claravalle adductis, qui illam primi  
 incolerent. Hi te non Fundatoris tan-  
 tum, sed etiam Abbatis titulo coluere.  
 Quod varia Principum Diplomata di-  
 fertè testantur, tui celeberrimam me-  
 moriam posteris, etiam sub successore  
 Martino, Magni Eronis nomine ho-  
 norantia. Non defuit, qui nimis cre- *vide*  
 dula pietate opinabatur, te senem il- *Angel.*  
 lum fuisse, quem ajunt, ultra duò sæ- *Märiq.*  
 cula aviculæ cantu raptum, dum ver- *ad au.*  
 siculum psalmi, *Mille anni ante oculos 1167.*  
*tuos, tanquam dies hesternæ &c. medita- c. 7.*  
 retur. Sed prodigiosum contemplato-  
 rem illum, quacunque demum ætate  
 vixerit, à te longe fuisse alium, histo-  
 ricæ veritatis indagatores multis rati-  
 onibus demonstrant. *Ego interim ver-* *Ater-*  
*ficulum illum insigam memoriæ meæ: ex* *nitatis*  
*eo dimeciar hujus vitæ non tam brevitæ* *ponde-*  
*tem quàm nihilum: alterius verò longitu-* *ratio.*  
*dinem, seu felix seu tristis eveniat, immen-*  
*sam. Si enim minus nihilo sint mille anni,*  
*quis numerabit infinitas myriades, quæ*  
*tamen nec initium sunt æternitatis, ne-*  
*dum finis?*


**B. GUNTHER:** qui ex oppido *Obijt e.*  
 Bonnensi oriundus, unâ cum duobus *â. 1111.*  
 sociis Cisterciense Institutum in mona-  
 chio

sterio Novi Castri amplexus es. Quorum alter à te summè dilectus cum morte præmatura decessisset, ex desiderio continuandi in cælo tam dulcis consortii, multum lacrymarum ad illius tumulum effudisti. His denique finem fecit vox inde emissa, paucos intra dies pii voti te compotem futurum

In Deo pollicita. *Nihil tam vehementer desiderat cor humanum, quam suam felicitatem: sed quoties alibi hanc quærimus, quam ubi tu illam invenisti, in cælo nimirum, & in Deo, qui solus hunc amorem exsatiat!*

S. BERNARDUS. ser. 83. in Cant.

DEUS *Magna res amor: si tamen ad scopus* *um recurrat principium, si sue origini redditus, si resusus suo fonti, semper sumat, unde jugiter fluat.* *amoris*



31. Augusti. Pridie Cal. Septeb.

Pass.  
sæculo  
1500.

SANCTI Martyres Anglicani, illustres victimæ furibundæ hæresis: quos in variis Insulæ locis per diversa tormentorum genera, Henricus VIII. & Elisabetha promoverunt ad palmam. Vestra quidem nomina cælo magis nota sunt quàm terræ: quia tamen in plenissima monachis cœnobis pestis hæc dira desæviit, invictos animos vestros, cum no-